

Divus quoque Basilius, (23) *Viperas*, inquit, *ptero devorato*, (23) *D.Basilius in Exam.*
fama est in lucem prodire. Et Plutarchus loquaces taxans, eos
 viperis persimiles dicit, quae pariendo rumpuntur. Ex quibus
 appareret, meritò viperarum mortibus, & venenis parri-
 cidas obijci, qui viperas ipsas, immanitatem, & impietatem, &
 æquant, & superant. Nèque mirum si cum vipera projiciantur:
 nam & sacrilegij reos (qui parricidis, ut alibi diximus,
 similes sunt, utriusque enim sceleris radix est avaritia) ita
 puniebant Æthiopes, ut plantam quandam, quæ apud eos
 est, nomine Ophiusam, lividam, difficultemque aspectu bibe-
 re cogerent: Ea enim epota, ut Plinius (24) recenset, terro-
 res, minæque serpentum ita eorum oculis observantur, ut
 horrore venenatorum animantium sibi mortem conciscant.
 Planè cùm de viperis agamus, illud minimè prætermittendū
 dum fuerit, homines quosdam esse, quibus illæ, & reliqui
 venenosí serpentes nihil afferant nōcumenti, ut de Psylo-
 rum, & Marsorum populis plurimi (25) tradiderunt: visum
 que Romæ, ut refert Petrus Crinitus, (26) Exagonum quē-
 dam, qui cum forte in vrbe orator ageret, ac venenorū
 vires, potestatēque iactaret; volens, experimenti faciendi
 causa, in dolium serpentibus plenum coniectus est, qui non
 sine maxima omnium admiratione, cum circumlambere,
 atque demulcere cœperunt.

(24) *Plin.lib.24.c.6.*(25) *Plin.36.ca.7.*
Herod. lib.3. Varro
in loco citato à
Turneb. lib.16. adv.
c.6.Cælius li.4.lect.
ant.cap.23.(26) *Petrus Crin.*
de hon. disc. lib.1.
cap.3.

CAPVT XVIII:

Quid habeat simia cum parricida commune? Forcat. Baldum.
Petr. Gregor. & Covarruv. rationes confirmatae prius, dein-
de reiectæ. Alia, quæ nec ipsos latuit, magis probata. Plura
de simiarum natura, & hominum imitatione. Catulos ab eis
interdum nimis complectendo necari. Animalia quædam
parentes occidere.



ED prodeat iam simia, quamque in hac tragœdia
 personam agat, nobis aperiāt. Nam quod Forca-
 tulus (1) putat, ideo culleo insui, quod similis sit (1) *Forcat.dial.34.*
 homini, interim & deformis, sicuti parricidæ, qui
 sub figura hominum, immanitatem belluarum gerunt, mihi

ni militia, &c. (2)

(2) *Baldus. in d. §. alia, num. 33. Petrus Greg. d. cap. 24 n. 9. Tiber. Dec. li. 9. crim. c. 16. n. 14.*

(3) *Tullius in orat. pro Roscio.*

(4) *Theoph. in d. §. alia deinde.*

(5) *Henr. Stephanus in glossar.*

(6) *Covarruv. in d. Clem.*

(7) *Plin. lib. 8. c. 54 Arist. de hist. ani. lib. 2. cap. 18.*

(8) *Pier. li. 6. Hieroglyph.*

(9) *Idem Pier. d. lib. 6. & lib. 14. ex plin. & alijs.*

(10) *Iuven. satyr. 13.*

longè admodum petitū videtur. Rursus quod Balduinus, & Petrus Gregorius (2) admittunt, per simiam significari, parricidas formam quidem habere hominum, at re ipsa hominis nomine indignos esse, & nihil hominis, præter formam babere, sicut Socrates olim homines sine ratione simias vocabat; eodem planè morbo laborat, & minus apta ratio videtur, si consideremus eum, qui infandum parricidij scelus committit, non bestias imitari, quas Tullio teste (3) interesse se partus, educatio, & natura conciliat, sed immo eis adversari censendum esse. Nam belluae non solum in parentes, verum neque in alias sui generis dimicant, & ut recte ait Plinius: *Cætera animantia in suo genere probè degunt. Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petit serpentes: ne maris quidem belluae, ac pisces, nisi in diversa genera sœviunt. At herculè homini plurima ex homine sunt mala.*

(4) Accedit his, quod, ut ex Theophilo (4) saepè admonuimus, animalia isthac, quæ cum parricida includuntur, crudelitatis, & impietatis aliquid etiam habere censemur. Quod, & Adriani Imperatoris sententiae, quas cuna veteri glossario Henric. Stephanus (5) vulgavit, satis ostendunt, dum iubent, ut qui parricidium fecerit, publicè in culleo missus consuatur cum vipera, & cane, & simia, & gallo impijs animalibus, impius homo. At in simia secundum superiorem rationem nulla impietatis consideratio reperiri potest. Quod idem in causa est, ut minus probem aliam Didaci Covarruv. (6) sententiam, qui docet ideo forsitan, simiam penæ parricidij convenire, ut nulla sit tanti facinoris apud homines imitatio, quos nullum animal perfectius imitatur, quam

(7) simia, ut Plinius, & Arist. (7) tradunt, quæ nedum corpore, sed ingenio quoque, & ratione eis similes sunt, ut multis

(8) exemplis Pierius (8) demonstrat, qui apud Aegyptios litterarum simulaecrum per simias intelligi tradit. Ergo restat,

(9) Idem Pier. d. vt eiusdem Pierij (9) iudicium sequamur, quod & supradicti lib. 6. & lib. 14. ex

eti etiam auctores variando probant: et simiam parricidijs item ream esse dicamus, cum frequenter catulos ipsos quos

(10) Iuven. satyr. 13. peperit, nimis complectendo occidere soleat. Quamvis Iuvenalis (10) eam innoxiam hoc supplicio affici ostendat,

dum ait:

Et

*Et deducendum corio bovis in mare, cum quo
Clauditur adversis innoxia simia fatis.*

qui tamen alibi (11) sine hoc adiectivo eiusdem in hac pœ^s (11) *Idem. satyr. 6*
na fecit mentionem, inquiens:

*Cuius suppicio non debuit vna parari
Simia, &c.*

Sed nèque hæc tantum animantia , quæ his ex causis culleo insui tam latè explicuimus, parricidij scelere contaminantur, verùm etiam phalangia eadem prolsus impietate sunt prædita : hæc enim foetu numero (quippe supra triginta interdum edita) matrem , quām primum orta fuerint, interimunt , interdum & patrem , quæ tamen veluti talionem rependentia , demum à suis ipsa , vt Plinius , & Aristoteles (12) aiunt, necantur; quod & in scorpionibus accidit, hi enim foetum devorant, uno dempto subtilissimo, qui se matris clunibus imponendo, tutus & à morsu, & à cauda loco fiat. Qui postea genitores supernè conficit: quasi natura impunita quoque in brutis parricidia relinquere nolit , vt supradicti etiam autores (13) testantur. Hippopotami autem, seu equi fluvialis, (vt polypos interim taceam) nihilominor est natura: is enim soli Nilo cognitus, corio & pillis vestitus, vt vitulus marinus , genitori quoque suo non parcit, sed in id impietatis, & impudentiæ procedit, vt eo necato, vi matrem ineat, vt ex Ammiano, Solino, & alijs, Adrianus Iunius (14) commemorat, impios puniri debere, hoc elegantissimo emblemate ostendens.

*Hostis colubris ales insidet sceptro,
Substrata quod Nilo equi premit terga:
Domat superbos, impiosque proculcat
Sceptrum aequitatis, noxirosque consumit.*

(12) *Plin. lib. 11. c.
24. Arist. li. 5. c. 27.*

(13) *Plin. d. lib. 11.
c. 25. Arist. d. lib. 5.
cap. 26.*

(14) *Adrian. Iun.
embl. 17. & 45.*



CAPVT XIX.

Parricidas culleo cum animalibus inclusos in mare iactari.
Hoc solemne fuisse, neque ante Constantinum in flumen di-
missos. Qualiter in mare deferrentur. Ciceronis verba in du-
biu[m] vocata. Accursij, & aliorum opinio, qui in Modest.
responso mare pro flumine accipiunt, explosa. Iuris consultos
semper propriè loquutos. Fuisse aliquando parricidas be-
stias, aut igni traditos. Quedam de his pœnis.

DROGREDIAMVR v[er]terius, & egregium novæ huius,
& inauditæ pœnæ candidatum, hoc animalium
(de quibus tam latè egimus) contubernio involu-
tum, hoc totius Averni sodalitio comitatum, in profun-
dum præcipitemus. Certè enim priscis temporibus non ni-
si in mare tanti criminis reos deiici solitos, argumentis
(1) *Modest. in d.l.* evincitur necessarijs. Nam & Modestinus, (1) de hoc agens
pœn.de parric.
(2) *Paul.lib.5.sen.* supplicio: *Deinde*, inquit, *in mare profundum culleus iacte-*
tit. (2)
(3) *Valer.lib.1.c.1* *tur.* Et Paulus: (2) *Hi et si ante à insuti culleo, in mare præcipi-*
tabantur. Et Valerius Maximus, (3) Attilium duum-virum
sacrilegij reum, qui primus hanc pœnam, posteà parricidis
irrogatam, expertus est, culleo insutum in mare abiici ius-
sum scribit. Nèque enim tantum monstrum fas esse putarūt
in Tiberim Romæ deijcere, sed in mare, licet remotum, de-
(4) *Plaut.in VIIl-
laria.* portari voluerunt. Vnde Platus: (4) *Iube hunc insui culleo,*
(5) *Senec. 5.contr.* *atque in altum deportari.* Et Seneca: (5) *Imaginabar mihi cul-*
4. *leum, serpentem, profundum.* Sed & Quintilianus, (6) & cæ-
(6) *Quint.declam.* teri fermè omnes auctores, sicubi huius pœnæ, maris quo-
229. *(7) Iuven.fatyr.13* que mentionem faciunt. Et Iuvenalis (7) sâpe citatus, de-
duci in mare parricidam significat, dum ait:

Et deducendum corio bovis in mare.

Fiebat autem deductio, ut ex Adriani sententijs Cuiacius (8)
advertisit, & nos alio loco (9) retulimus, imposito parricida
cum culleo, & impijs animalibus, super plaustrum iunctum
nigris bobus. Quamvis Cicero (10) in flumen, seu profluen-
tem deturbari, & vndis culleum vento inflatum impelleri ti-
bus

(8) *Cuide.in parat.*

C.de his qui paret.
&c in oper. posth.

(9) *Supr.hoc lib.*
cap.14.

(10) *Cicer.in orat.*
pro Rosc. & lib.2.
de invent.

bus demum in mare deferri aperte significet, dum maiores noluissent, inquit, parricidas nudos in flumen deisci, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera que violata sunt expiari putantur. Sed illud, ut constat, magis frequens; hoc rarum & forte posterioribus temporibus antiquatum; neque enim sine causa scriptores omnes de deductione, & deiectione in mare conveniunt. Valeat ergo Accursius cum suis logomachijs, qui Modestinum (11) ideò de mari tantum loquutum automat, quod ubi ille morabatur, amnis non esset. Fcessat iterum Accursius idem, (12) & qui eum sequuntur gravissimi viri, mare in Modestini responso late accipiendum esse tradentes, ita ut amneni, & quamcunque aliam aquarum congregationem comprehendat. Nam etsi hoc aliquando verum sit, ut admonet Servius (13) in illud Virgilij:

Vnde per oram novem vasto cum murmure montis

It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.

Et late probare conetur Covarruv. (14) mihi tamen apud Iureconsultos hæ verborum translationes non placent, qui, cum ius omne, ut Quintilianus (15) ait, *positum sit in verborum significatione, & interpretatione, aut æqui, pravique discrimine, semper latini sermonis puritatem, & proprietatem usque ad miraculum*, ut testatur Valla, (16) retinuerunt; atque ita credendum non est, fluminis mentionem sine mysterio prætermissee; (17) & longè minus sub maris nomine de amne quoque tractasse. Amnis etenim Constantiniana primum sanctione, (18) ubi mare vicinum non esset, parricidas excipere cœpit, ut in illis verbis ostenditur: *Et ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnum proisciatur.* Quæ & Iustinianus (19) transcripsit, & Regia lex nostra (20) ita Hispano sermone donavit: *E lo lanceren la mar, ò en el rio que esto viere mas cerca de aquel logar do acaesciere.* Antea namque, si proximum mare non esset, bestijs obijcebantur, idque ex Divi Adtiani permissione? ut Modestinus (21) scribit, ne cogerentur remotissimum interdum mare requirere. Quæ poena levior culleo censi non debet, quoniam qui bestijs obijcebantur, miserandum

(11) *Modest. in d. l. pcena, ubi Accurs. & in d. l. vnic.*

(12) *Accurs. supr. Forcatul. dial. 34. Covarruv. in d. Clement. Plaz. d. c. 22.*

(13) *Servius in Virgil. l. Aeneid. & Turneb. lib. 10. advers. cap. 11.*

(14) *Covarr. supr. post Forcat.*

(15) *Quintil. lib. 12 inst. c. 3.*

(16) *Laur. Valla in præf. lib. 3. Elegan.*

(17) *Argum. l. lit. apud. §. ait prætor, D. de iniur.*

(18) *d. l. vnic.*

(19) *Iusti. d. §. alia deinde.*

(20) *d. l. 12. tit. 8. p. 7.*

(21) *Modest. d. l. pcena.*

in modum eis dilaniandi, & devorandi proponebantur, diverso ab eis suppicio, qui ad bestias damnati erant, quos tantum cum illis dimicare cogebant, ut ex Iurisconsultorū (22) responsis Budæus, (23) Rævardus, Petrus Faber, & alij (quidquid Cuiac. (24) nullum inter has pœnas discrimen agnoscat) observant. Sed & solebant etiam parricidæ aliquando, ut ex Paulo (25) colligitur, vivi comburi. Erant enim hæc inter Romanos in delictis atrocioribus suppicia. Vnde Tertullian. (26) *Si ceterorum scelerum mercedem cogitemus, patibula, culleos, vivi comburia, vincos, & scopulos.*

- (22) L. ad bestias.
L. aut damnum, §.
quicunque, D. de
pœnisi.
(23) Bud. in dictis
ll. Rævar. 2. var. c. 14
Petr. Fab. 2. sem. c. 7.
(24) Cuiac. lib. 13.
obser. c. 10.
(25) Paul. d. lib. 5.
sentent. tit. 24.
(26) Tert. lib. de
anima, cap. 15.

CAPVT XX.

Parricidas monstræ quædam & portenta naturæ videri. Inde meritò nova & inusitata pœna damnari. Elementa communia omnium esse. His tamen parricidam iustè vi vim adhuc privari. Ciceronis, Quintiliani, & Ovidij in hanc rem elegantissima verba. Debere pœnas delictis esse conformes. Petri Plaza ratio quædam, ob quam parricida in mare iactetur, convicta & damnata.

- (1) Quam refert
Balduin. ad ll. Rom.
c. 18. ex Dionys. Ha-
licar. lib. 2. & Jacob.
Durant. lib. 1. var. c.
3. vbi tradit, cur in
mare iactarentur.
(2) L. non sunt li-
beri. D. de statu
hom.
(3) Cicer. d. orat.
pro Ros.

- (4) Ovid. lib. 8. Me-
tamor.

MONSTROSOS partus ex Romuli lege, (1) cedi si-
ne fraude potuisse, antiquitatis monumenta te-
stantur: quid igitur mirum, si in parricidæ perni-
ciem, hominem si non visu & vagitu novum, (2)
at certè contrà humanæ naturæ formam, & pietatis iura
grassantem, tot supplicia prudentissima Romanorum re-
publica cogitaverit? Portentum est, inquit Cicero, (3) atque
monstru certissimum, esse aliquem humanas specie, & figura, qui
tantum immanitate bestias vicerit, ut eos vita privet, propter
quos hanc suavissimam lucem aspicerit. Et Minos apud Ovi-
dium, (4) Scyllam, quæ patrem Nisum prodiderat, & per-
diderat, monstrum appellat:

*Certè ego non patiar Iovis incunabula Cretem,
Qui meus est orbis, tantum contingere monstrum!*

Pereant igitur huiuscmodi monstra monstrosè, & vt Con-
(5) Conf. d. Ivnit. stantinus (5) ait, nèque gladio, nèque ignibus, nèque alij
so-

solemni pœnæ subiugentur, sed culleo feralibus angustijs inclusa, omnium elementorum ope viva carere incipient, & eis cœlum superstilibus, mortuis terra negetur. Et qui naturalia omnia iuraviolarunt, omnibus nature beneficijs preventur. Sed quoniam Cicer. (6) graphicè, ut solet alia, pœnam hanc, & eius imponendæ rationem depingit, ipsius verba, quamvis vulgaria, absque piaculo omitti non possunt.

In sui, inquit, voluerunt in culleum vivos, atque ita in flumen deisci, ò singularem sapientiam iudices, nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse, & eripuisse, cui repente cœlum, solem, aquam, terramque ademerunt? ut qui eum necasset, vnde ipse natus esset, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestijs quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur; non sic nudos in flumen proiscere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera, quæ violata sunt expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem illam reliquerint. Etenim quid tam est commune, quam spiritus vivis? terra mortuis? mare fluctuantibus? liuis eius? Ita vivunt dum possunt, ut ducere animam de cœlo non queant; ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iætantur fluctibus, ut numquam alluantur: ita postremò ejiciuntur, ut ne ad saxa mortui conquiescant. Hæc Cicero adolescentis adhuc, magnis, ut ipse alibi (7) ait, omnium clamoribus dixit; quæ licet adolescentis appellat, non tam re & maiestate, quam spe & expectatione laudati, mihi supra omnem laudem, & imitationem posita esse videntur. Quamvis nec contemnendus videatur Quintilianus, (8) qui Ciceronis sententiam, alijs verbis, sic extulit: *Tumulo te etus vide-retar, cui leges terram negant? cui statim ora, oculosque à iudicio lex iussit obduci, ne hunc incundum cœli aspectum polluerent tetri oculi, cui lucem vivo, fluctuanti mare, naufragio portum, morienti terram, defuncto sepulchrum negant?* Sed & Ovidius (9) ad eandem pœnam respiciens, ita contra Scyl. (9) Ovid. metam. lam invehitur.

*Dij te submoveant, o nostri infamia secli,
Orbe suo, tellusque tibi, pontusque negetur!*

Nam

(6) Cicer. d. orat. pro Roscio.

(7) Idem Cicer. de oratore perfecto, ante medium.

(8) Quintil. in des. clam. 299.

(9) Ovid. metam. 8.

(10) L. 2. de rerū divis §. inst. eod. Nam et si naturali iure, ut Consulti testantur, (10) communia omnium sint terra, aer, aqua profluens, mare, & per hoc

(11) Cicer. 1. offic. litora maris, & ut Cicer. (11) ait, ex præceptis naturalibus descendat, ne quis harum rerum usu impediatur, indeque

(12) Ovid. 6. met. tam. publica munera ab Ovid. (12) appellantur, dum Lucinam sic loquentem inducit.

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est.

Nec solem proprium, natura, nec aera fecit,

Nec tenues undas, ad publica munera veni.

Et quorumdam Imp. immoderata cupiditas merito à Cuiatio (13) execretur, qui pro aere, pro sole, & pro umbra, ve-
tigalia à subditis exigebant. Attamen parricidæ beari na-

(13) Cuiac. lib. 10.
obser. cap. 7.

(14) Ita advertit
solus Monticulus in
d. §. 1. num. 3.

(15) L. Papin. §.
meminisse, de inof-
fic. test.

(16) Tullius lib. 3.
de legibus.

(17) Phil. Iudæ. in
lib. de præmijs, &
poena. Menoch. q. 90
de arbitr. num. 38.

(18) Guillel. Forn.
lib. 1. selec. c. 15.

(19) Perr. Plaza in
epit. delict. cap. 22.
num. 8.

(20) Cic. lib. 1. de
nat. Deor. Plur. li. 2.
de placit. phil. c. 3.
Vitru. lib. 2. c. 2.

(21) Auson. in sep.
sap. Iud. Tradit
plura alia Tiraq. de
nobil. c. 3. n. 86.

(22) Terent. in
procœmio Andriæ.

naturæ muneribus non debuerunt, qui ipsam naturam adeo immani scelere violarunt. (14) Cum non debeat quis eo iure vti, quod nisus extitit impugnare, (15) & ut sapienter Tullius (16) scripsit, noxiæ parem esse poenam oporteat, ut in suo quisque vitio plectatur, & vis capite, avaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia, & parentum, id est, naturæ violatio, naturalium omnium bonorum privatione sanciatur.

Nimirum, quia, ut rectè Philo Iudæus: (17) *Inepti sunt Nomothætæ, qui non aquas pro dignitate cuiusque flagitiis animadversiones statuunt, qui vi pecuniam, vulneri infamiam, cædi exilium, furto vincula minitantur.* Quasi disperaria illa, dissentaneaque suppliciorum genera, bene moratae, atque institutæ civitati parum convenient, ut doctè Guillel. For-

ner. (18) advertit. Quo sit, ut decumano errore lapsus videatur quidam Scriptor, (19) qui dum plus nimio sibi sape-
re iudicat, Ciceronis, quam scripsimus, ratione neglecta, aliam ex suo Marte commentus, autumat, parricidam ideo culleo involutum in mare deduci, ut ad rerum principia re-
deat, qui patrē impia manu violare ausus est. Nempe quod aqua, ut ex Taletis Milesij sententia, Cicero, (20) & alijs scripsere, rerum omnium principiū sit, unde Ausonius. (21)

*Milesius Tales aquam qui principem
Rebus creandis dixit.*

Sed in hunc, ut in alios nostri iuris auctores, equidem illud Terentianum (22) existimo convenire.

Faciunt intelligendo, ut nihil intelligant.

Nam, ut aliquid eius ratio concluderet, illud potius esse debebat, privari parricidas aqua, rerum omnium principio, quod ipsi, genitores à quibus vivendi initium accepissent, immaniter interfecerint.

CAPVT XXI.

Parricidas, ut Cicero ait, ideò nudos in mare non deijsi, ne ipsum, quo reliqua expiari solent, polluerent. Ratio hæc difficultis redditia. Nec à Cœlio Rhodigino, aut alijs satis percepita. Aqua fluviali leviora, graviora crimina mari expiari solere latè probatum. Aquæ benedictæ apud nos in templorum ostijs origo. De expiationibus veterum plura. Parricidij crimen nullam apud gentiles expiationem admisisse. Hoc cum Illustris Card. Baronio defensum, & necessarijs argumentis evictum.



LLVD planè mirum videri potest, quod in superiori capite ex Cicerone retulimus, noluisse parricidas nudos in flumen proiecere, ne cùm delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur; nam vt à iustis, vel coæctis cædibus, alijsque levioribus peccatis, & fôrdibus, fluvialibus, lustralibusque aquis purgatio, & expiatio fieri solebat, vt latè Macrobius (1) adnotavit, & ex Suida, & alijs ostendit Tiraq. & Petr. Greg. (2) & ex Virgilio (3) constat, apud quem Æneas violatum cùm se nosset, & multa cæde pollutum, sic ait:

*Tu Genitor cape sacra manu, patriosque penates
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrestare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.*

Et alibi (4)

*Idem ter socios pura circumtulit vnda
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.*

Et ex Ovidio, (5) qui ad hoc etiam alludit in Fastis?

(1) *Macrob. lib. 3.*

(2) *Tiraq. de nobil.*

c. 31. ex n. 558. Per.

Greg. li. 36. Syntag.

cap. 21. in princ.

(3) *Virg. 2. Æneid.*

(4) *Idem Virg. 6.*

Ænei. quem ex hoc

ritu explicat Tur-

neb. lib. 11. advers.

cap. 21.

(5) *Ovid. 2. Fastor.*

*Heu nimium faciles, qui tristitia crima cædis
Flumine a tolli posse putatis aqua.*

Quem ritum etiam in veteri lege fuisse usitatum ex Nume-

(6) Numér. c. 19. ris (6) constat: *Et non est aqua lustrationis ad spersus.* Ex que

(7) *Ioan. Stephan. Durant. lib. 1. de ri-*
tibus Eccles. c. 21. Tiraq. sup.

(8) *Hippocrat. in lib. de morb. sacro.* (9) dum
*Isid. libr. 5. e-
tym. c. 4.*

(10) *Euripid. in Taur.*

Cuncta mortaliū mala prorsus abluit mare.

Et Aristophanis, atque Homeri interpretes passim huius

(11) *Cœl. Rhod. li. 11. antiq. lect. c. 22.* Vide adagium, ma-
re proliuit omnia

mortalium mala. (12) *Ant. Sylv. in ll. 12. tab. cap. 14. &* melius *Iacob. Duran. Casell. lib. 2. obser.* c. 1. & 2. & li. 1. c. 3.

(13) *Eusthat. ad Ho-
mer. Iliad. A.* (14) *Lactant. libr. 5.
divin. inst. c. 20.*

(15) *Fest. de verb.
fig. li. 14. in Piatrix.*

(16) *Ioan. Zetzes hist. 23. chiliad. 5.* (17) *Franc. Sanct. paradox. 1.*

solere expiari pollutos. Et verò inter varias expiationum formas, quas Græci, & Romani usurpabant, & novissime Antonius Clarus Sylvius, & Durant. (12) latè prosequuntur, nulla frequentior, aut Dijs gratior, quam ea, quæ per mare fiebat, reperiebatur. Quam ob causam, *mare expiatorium* appellat Eusthatius, (13) illud in quod Græci, Agamenonnis iussu, pestis purgamenta iecerunt. Vnde Lactantius: (14)

*Et se piè, inquit, sacrificasse opinantur, si cutem laverint, tan-
quam libidines intra pectus inclusas vlli amnes abluant, aue-
illa maria purifcent. Sed & solebat in piacularē quandam*

hostiam, omne malum, à muliere, quæ expiatrix sacerdos, vt Festus scribit, (15) dicebatur, concipi, & vel tota, vel priùs igne combusta, eius cineres in mare projici, vt nihil ex invisa hostia superesset, & vnius corporis vice omnium expia-
tio perageretur. *Quod ex Lycophrone, & alijs elegantissi-
mè Ioannes Zetzes (16) enarrat, cuius verba doctissimus*

*Franciscus Sanctius Brocensis, (17) vir græcè, & latinè im-
pensè doctus, & ingenti huius academiæ Salmant. clade, no-
bis ereptus, iam pridem Latina reddidit, ex eis, quid haec*

vox *Anathema* significet, explicare contendens. Quæ cùm ita se habeant, meritò Ciceronis locus ambiguus à Cœlio (18) reputatur, & in quo non pauci sint frontem corrugaturi. Qui tamen licet de expiationis ritu nonnulla retulerit, non tamen usquequaque difficultatem explicuisse mihi videtur: cùm adhuc magis dubitare quis possit, cur cum omnia crimina mare purgaret, parricidæ tamen contactu ipsum pollui scripserit Cicero? Quare existimo, suum illum eloquentiæ parentem, luculenta illa hyperbole, detestandum parricidij crimen detestabilius reddere voluisse, quod mare potius polluere, quam marinis fluctibus elui posset: & supra omnem expiationem esse videretur, non secus ac Catullus (19) ad Gellium de profano quodam & incesto, simili loquendi genere usus scribit.

(18) *Cœlius d.c. 22.*(19) *Catull. epig. 75.*

Quid facit is, patrum qui non sinit esse maritum?

Eiquid scis, quantum suscipiat sceleris?

Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Techys,

Non genitor Nymphaeum abluit Oceanus.

& Seneca Tragœdus, apud quem Hippolitus, à noverca flagitatus ad incestum, sic exclamat.

Quis eluet me Tanais, aut qua barbaris

Mæotis vndis pontico incumbens mari?

Non ipso toto magnus Oceano pater,

Tantum expiarit sceleris.

Aut certè citra hyperbolem ostendisse, tantam esse huius facinoris diritatem, ut licet cætera crimina mari expiari solerent, ipsum tamen re vera nullam purgationem admittentejet. Nam et si legamus Herculem post imperfectos à se filios factis Eleusinæ Cereris expiatum, quibus Græci, ut Sozomenus (20) refert, nihil non lustrabile crediderunt: id tamen non omnino verum videtur, cùm ex Iulio Hygino (21) contrarium appareat; & vt in Hercule recipereetur, qui furore correptus immissa in eum à Iunone insanias, nesciens illud facinus perpetravit, qui tamen sciens & volens parricidium commisisset, omni expiatione caruisse, ut Cicero innuit, dicendus est. Quod & ex Suetonio corroboro, qui ita habet in Nerone: (22) *Sæpe confessus agitari se materna*

(20) *Sozomenus li. hist. eccl. c. c.*(21) *Iul. Hygi. fab. c. 31. & 32.*(22) *Suet. in Ne-
ron. c. 34.*

specie verberibus furiarum, ac tedis ardentibus; quin & facto per magos sacro evocare manes, & exorare tentavit, peregrinatione quidem Græciae Eleusinijs sacris, quorum in initiatione impij & scelerati voce praconis submoverentur, interesse non ausus est. Quæ cum dicat Suetonius, planè significatur, nullas fuisse penes Gentiles expiationes, quibus haud dubiè, vt ea quæ patiebatur à se averteret Nero, non caruisset. Sed & hoc magis apertum redditur, ex eo, quod de Constantino Imperatore alio loco (23) trademus, qui cum ad commissi parricidij scelus expurgandum remedium quæreret, tandem à Sopatro Platonico Philosopho, & alijs accepit, nullam reliquam esse tanti facinoris expiationem, atque ita paulò post, veræ religionis initijs, & lustrali Baptismate, vt Zosimus (24) commemorat, expiatus est. Et vt magis nostra nobis constet oratio, hæc opinio satis supradictis testimonijs probata, censeri debet utique probabilior, quod placuerit etiam Illustris, & Reverendis Cardinali Baronio, (25) viro & eruditioñis & pietatis ergo admirando, cuius hæc sola laus esse potest, quod omni laudatione maior esse videatur. Nèque adversatur quod Trozenij, (26) vt Pausanias refert, Orestem à cæde matris expiaverunt, & piacula non longè à lapide in quo purgatio facta est, defoderunt, quo in loco laurum quamdam enatam tradit, quæ adhuc virens conspicitur; constat namque, hanc expiationem nihil fuisse, cum Orestes non ideo minus post illam furij, & spectris fuerit agitatus, quoūsque in Aræopago Deorum sententijs, vt inferius commodius dicetur, (27) fuit absolutus. Accedit his, Ixionem (vt fabulæ narrant) ob socerum fraude peremptum, numquam à Dijs, vel ab hominibus lustrationem impetrare potuisse, quoūsque cum diu incertus vagabundus retur, Iupiter illius misertus, in cœlum asumptum, expiavit.

(23) Infra libr. 2.
cap. 21.

(24) Zosim. hist.
lib. 2.

(25) Baron. tom. 3.
annal. ann. Christi
324.

(26) Pausan. in Co-
rinthiacis, lib. 2.

(27) Lib. 2. c. 18.

CAPVT XXII.

Sepulturam parricida negari multis & iuris & bonarum litterarum argumentis, & exemplis ostenditur. Sepulturam humanitatis ratione hominibus debitam, saepe ob criminum atrocitatem prohibitam. Hanc paenam gravissimam iudicari. Plura de sepultura honore, & cura. Hanc etiam in animalibus reperiri. Pius Melchiadis in patrem affectus. Qui olim more maiorum sepultura interdicti? Parricidas cum parentes occidant, iure terra omnium matre privari.



QVA igitur & cœlo privabatur parricida. Cœlum cum dicimus, aerem intelligimus, quem cœli nomine saepe signari apertius est, quam ut nostra indigeat adprobatione: præsertim cum id latè Brissonius, (1) & alij præstiterint, & notaverit Servius (2) in illud Virgilij:

Et varium cœli prædicere morem.

& ex adductis Ciceronis, & Iustiniani (3) testimonijs, in quibus aeris, cœli, & spiritus promiscua est appellatio, manifestè probetur. Sed nèque minus terra interdicti videntur, quam nèque vivi tangere, nec mortui ad sepulturam habere possunt. Terra enim, vt Appollonius (4) ait, *communis omnium mater est, propterea quod in sua; unde meritò impijs, & iniustis hominibus denegatur,* (5) & vt ait Cicero, *ita manriuntur, vt eorum ossa terram non tangant.* Quamobrem versusimum censio commune omnium Doctorum (6) iudicium, qui parricidarum cadavera sepultura tradenda non esse docuerunt; nèque minus veram Ioannis Baptiste Asinij, & Iacobi Menochij (7) sententiam, qui parricidae sepulturam; absque poena legibus præfinita, (8) impediri, & violari posse, testantur. Nam vt recte Quintilianus: (9) *Tumulo teatus videretur, cui leges terram negant?* Cuique ipsa omnium parent terra, vt parentum occisorum reluctari censemur? Quod & græco quodam in matris occisorem epigrammate, quod latinum fecit Covarruvias, (10) his verbis ostenditur.

Ne

(1) Briss. Prateius, & Hotton. & Scarlus, de verb. iur. in cœlum.

(2) Serv. in Virg. I. Georg.

(3) Cicer. in d. orat. pro Roscio. Iust. in d. §. alia deinde.

(4) Appollon. apud Philos. lib. I. c. 12.

(5) Constant. in d. I. vnic. & Iust. sup. ibi, terra mortuo auferatur.

(6) Baldus, & Salicet. d. I. vnic. Corvar. d. Clem. n. 12. Greg. in d. l. 12. verb. eu la mar. Carrer. in praxi, §. homic. nu. 147. Ant. Com. 3. tonic. 3. n. 3. Plaza. d. c. 22. nu. 9. Jacob. Duran. Casellius lib. 2. observ. c. 3.

(7) Asin. in l. quod si nulla, n. 10. de relig. Menoch. de arbitr. cas. 387. nu. 30.

(8) L. fin. C. de sepul. vio.

(9) Quint. decl. 296.

(10) Covarr. vbi supr.